

1143.

ov 30

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

- 34
- 1.) Iac. Frider. Ludovici de facto sine lege loquente
 - 2.) Id. de condicioribus sponsaliorum impossibilibus
 - 3.) Epist. Collegium Iuris Feudalis VIII. Dissebat.
 - 4.) Id. de impositione silentii.
 - 5.) Id. de iure in causa Principum protestantium matrimoniale
 - 6.) Id. de solemnibus juramentorum.
 - 7.) Id. de iudicio fortuna
 - 8.) Id. de jure cornificorum in bona proprietatum.
 - 9.) Id. de imunitate non excusante.
 - 10.) Id. de iure et jurisprudentia domestica
 - 11.) Id. de coelibatu poena nomine imposito
 - 12.) Id. de facto tutorum à pupilli non profando.
 - 13.) Id. de intellectu bocardi: Omne iuramentum secundum esse.
 - 14.) Id. an et quatenus affectus humani in foro considerantur.
 - 15.) Id. De intercessione innocentum. 1706
 - 16.) Id. De limitibus defensionis in bello defensivo. 1706.
 - 17.) Id. De jure declarationis. 1707.
 - 18.) Id. De deditio personarum notiarum 1708.
 - 19.) Id. De vito reali et personali
 - 20.) Id. De pena appellabili
 - 21.) Id. De muliere cambiante. 1710.
 - 22.) Id. De tribus sententiis conformibus
 - 23.) Id. De effectu et obligatione laudi



Jac. Frid. Ludovici)

- 24.) Id de probatione iustitiae dotis.
- 25.) Id de expensis litis actori a reo subministrandis
- 26.) Id de legitimacione ad causam.
- 27.) Id de repetitione rei factiva.
- 28.) Id de actuarii presentia in actu testandi.
- 29.) Id de successione coniugis descendit.
- 30.) Id de diverso jure bonorum acquisitorum et hereditariorum
- 31.) Id de probabilitate et eius effectu.
- 32.) Id de effectu paenitentiae.
- 33.) Id de judice extra ada aliqui ascendit.
- 34.) Id. De eo qui post item cont. bona immobilia possidere
desit.
- 35.) Id de tacita prohibitione usufruendis rationi
- 36.) Henr. de Boden de emtione venditione solo confessu
non subsistente.
- 37.) Id. De privilegio ordinis in rem pecuniam erogati
- 38.) Id. De falso periculofo
- 39.) Joh. Sam. Tryon de officio principis circa scandala.
- 40.) Ejusd. Anno 1616 controversia potiorum.
- 41.) Joh. Frideric. Schneider son dno Prolegd.
- 42.) Nic. Apol. Lyncer de Baptismo.
- 43.) Joh. Wilt. ~~Egyptor~~ de reuisione pertinentiarum.
- 44.) Joh. Schiffer de bonis caudemalibus
- 45.) Joh. Gottlieb Heinocius de origine iurisdictionis matrimonii.
contin. vid. in fine,

DISSE^TRAT^IO JVRIDICA
DE
RESTITUTIO-
NE REI FVRTIVÆ,
QVAM
DEO TER OPTIM. MAX. ADVENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSLÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, CETERA,
IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
DN. JACOBO FRIDERICO
LUDOVICI,
J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.
FAVTORE SVO SVMME DEVENERANDO
Add. April. MDCCXII.
In Auditorio publico H. L. Q. C.
Placido Eruditorum examini submittit
CHRISTIANVS PHILIPPVS Glimper/
Merseburgensis Saxo.

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typograph.

(27)

**RESITATIO
RELIQUARIA**

DEO TIBI OPT. MAX. DEDICATA
SECTIONE MAGNIFICENTISSIMO
LUXURIAUAM PARMICAE & SCOMIA
DNR IDRIGO AII HELMO
TRINCIUS POLASSIE MARIONE RAVAN
DNR IDRIGO GETTE
PRÆSIDE
IN ITALIA ACADEMIA TRIVULCIANA

DR JACOBO IDRIGO

LAUDAGI
TURGOR SNO SUMMA DAVALLANDO
MAY 17. MDCCXL

CHRISTIANUS PHILIPPIUS GÖTTSCHEI

Mit dem Drucke 17. 5. 1740.

HALLE WOODIER FRANCIS STETMAN ORGAN Vnde Todeszeit



DISSERTATIO JVRIDICA
DE
RESTITVTIONE REI FVRTIVAE.

CAPVT I.
DE RESTITVTIONE IPSA.

CONTENTA HVJVS CAPITIS.

Rei furtive vitium reale adhaeret, quod non purgatur, nisi res in veri domini potestatem reverfa fuerit, §. I. Restitutio rei furtive à fure fieri debet, licet fur secundum dispositionem juris Roriani poenam dupli vel quadruplici persolverit, §. II. De eo autem queritur: virum furis heredes ad restitutionem teneantur, quando furi poena capit is dictata fuit? Adfirmatur questio, §. III. Controversia super hac questione quondam inter JCTos Saxonicos, Finckelthuisum & Carpzovium ventilata, §. IV. Carpzovii sententia est, quod quidem res ipsa furtiva in bonis furis suspensi existens restituenda sit, non vero rei consunte pretium, si fur fustigatus, aut suspensus, §. V. Prima ratio Carpzovii, que simul refellitur, §. VI. Secunda ratio cum responsione subiecta, §. VII. Tertia ratio ejusque solutio, §. IX. quarta ratio ejusque evenio, §. IX. Concluditur itaque, jure communni pretium rei furtivae ab heredibus restituendum esse, etiam si furi poena fustigationis, vel laquei dictata fuerit. Textus ju-

ris Saxonici de hac materia, & quomodo ad eos Finckelthuſius
respondeat, §. X. Controversia hæc in Decisionibus Saxoniciis
Electoralibus composita & sententia Carpzovii adprobata fuit,
§. XI. Verba ipsius Decisionis Electoralis, §. XII. In Saxo-
nia Ducali DD. magis in sententiam Finckelthuſii inclinant,
§. XIII. Extra Saxoniam quoque praxis cum sententia ejus-
dem convenit, §. XIV. Res furtivæ actum à tertio posseſſore re-
ſtituenda eſt. Singulare quid ex iure Lubecenſi, ubi equis
furitibus tertis circumstantiis concurrentibus à quarto posseſſo-
re vindicari non poteſt, §. XV. Quando res furtiva vindica-
tur, posſeſſor ejus pretium à vero domino reponſere nequit, §.
XVI. De queſtione: si quis ante quidem rem furtivam
posſederit, nunc vero eandem jamdum alienaverit & ſic poſſide-
re defierit? De male fidei posſeſſore intuitu huius queſtioneſi,
§. XVII. Bone fidei posſeſſor ad id tenetur, quantum lucratuſ
eſt, §. XVIII. Opiniō quorundam DD. quod b. f. posſeſſor ad
verum pretium domino ſolvendum obligetur, etiamq; rem jam
iterum alienaverit, que adprobata in Ducatu Magdeburgico,
§. XIX. Cuimam res furtivæ cedat, si priuatus eam furibus
cripuit? §. XX. quid jure Saxonico obtineat, si fur à judice
adprehenditur & penes furem res furtive inveniuntur? §.
XXI. Queritar: annon diſpoſitio juris Saxonici per Conſti-
tutionem criminalem ſit ſublata? Textus ex conſtitutione cri-
minali, §. XXII. negatur ex diuersis rationibus §. XXIII.
XXIV. XXV. ab eo, qui rem furtivam emit, illa etiam poſt
annum & diem vindicari poteſt, §. XXVI. Judex propter
expenſas in inquiftionem factas rem furtivam retinere nequit,
§. XXVII. bene tamen propter impenſas in ipsam rem furti-
vam factas, §. XXVIII. De fructibus rei furtive remiſſi-
ve, §. XXIX.

§. I.



§. I.



Ei furtivæ vitium aliquod reale adhæret, quod cum illa re quasi circumambulat & ad quemcunque possessorem transit, unde usucapi non potest, sed semper vitiosa manet, donec vero domino iterum restituta fuerit, de quo pluribus egit Dn. Præses in peculiari disputatione de *vito reali & personali*. Aliquando, inquit Justinianus in §. 8. J. de usucap. furtiva, vel vi possessores usucapi potest: veluti si in domini potestatem reversa fuerit. Tunc enim vitio rei purgato procedit eius usucatio.

§. II.

Restitutio itaque rei furtivæ omni jure fieri debet, ut domino illius suum tribuatur. Neque obest jure civili, quamvis fur poenam dupli, vel quadrupli domino persolverit, actione furti conventus, actiones enim poena-les non tollunt rei persecutorias, quia ad diversum finem tendunt. Ita in §. 19. J. de oblig. que ex delict. nasc. furtæ actio, sive dupli, sive quadrupli, tantum ad poenæ persecutio-nem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo potest au-ferre. Ita quoque in §. 18. J. de action. Poenam tantum persecutur quis actione furti. Sive enim manifesti agatum

A 3

q[uo]d.

*quadrupli, sive non manifesti dupli, de sola pœna agitur.
Nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam
esse petens. Sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet.
Eo amplius adversus furem etiam conditio est rei.*

§. III.

Hactenus dissensus inter DD. nullus est, nec esse potest. In altera autem quæstione, scilicet, an furis heredes ad restitutionem rei furtivæ teneantur, quando *furi poena capitum dicitur* fuit? variæ opiniones occurruunt. Evidem de jure civili specialis hac de re textus non adest, quoniam furibus eōjure pœna capitum non infligebatur; interim tamen identitatis ratio non deficit. Quemadmodum enim actio furti ad pœnam privatam tendens actionem rei persecutoriam ex hac ratione non consumit, quia ad diversa tendit utraque actio: ita quoque accusatio criminalis & exinde proveniens pœna publica plane diversa est à rei persecutoria actione & sic eandem consumere nequit. Ulterius: si actio pœnalis privata non consumit conditionem furtivam ubi tamen pœna privata lucro domini furtum passi cedit; multo minus accusatio criminalis eam conditionem consumere potest, cum ex pœna publica domino nullum plane lucrum obveniat. Quid enim prodest domino, cui res ablata est, quando fur in patibulo pendet? Per hoc ejus damno non consulitur, nec injustitia erga eum commissa reducitur ad justitiam & æquitatem, nisi & res furtiva, vel ejus aestimatio restituatur, sunt verba Finckelthusii Obs. 59. num. 13. v. Huber prelect. ad tit. ff. de furt. nura. 6.

§. IV.

Quamvis vero hæc evidentia esse censeamus; nihilominus tamen non desunt, quibus contraria sententia magis

magis placet. In specie autem hæc controversia; utrum *fure suspensò heredes eius condicione furtivâ teneantur?* inter Duumviro illos Saxonicos, Finckelthusium ex una, & Carpzovium ex altera parte ventilata fuit, Carpzovio certò respectu quæstionem negante, Finckelthusio autem eandem simpliciter adfirmante, v. Finckelth. Obs. 59. Carpzov. prax. crim. qu. 80. num. 101. seqq. quorum uterque alios DD. hanc illamve sententiam tuentes adduxit.

S. V.

Dixi: Carpzovium certo respectu saltem quæstionem propositam negare. Distinguit enim ille d. quæst. 80. n. 105. an *res furtiva ipsa adhuc extet* & ab heredibus furis vindicetur; an vero *res furtiva fuerit consumpta & perdata* & dominus agat ad interest & restitutionem damni. Priori casu, si res furtiva adhuc extat, & in bonis furis reperitur, ipse Carpzovius concedit, quod heredes ad restitutionem teneantur, licet fur laqueo punitus fuerit; posteriori autem casu, si res furtiva consumta ac perdata, heredes non teneri ad aestimationem existimat. Ergo in hoc demum consistit status controversiae. Ita enim Carpzovius d. l. n. n. 110. At posteriori casu, si *re furtiva consumpta ac perdata Dominus agat rei persecutoria actione ad interesse, fure fustigatione, vel suspedio punito, ex bonis ipsis* nil quicquam praestandum esse, neque heredes furis ad præstationem damni & aestimationem rei furtive teneri, (quicquid etiam alii in contrarium dicant,) audacter affirmo cum Petro Heigio, ubi heredes furis ad mortem damnati ad restitutionem damni non teneri, ait, eoque jure nos uti, licet interpretes communiter aliud tradiderint. Nos cum illis interpretibus, qui communiter aliud tradunt, audacter adserimus, heredes furis ad aestimationem rei furtivæ jure communi nihil.

hilominus teneri, quamvis fur fustigatus, vel laqueo suspensus fuerit. Videamus nunc de rationibus à Carpzovio adductis,

§. VI.

Primo, inquit 'n. iii. iniquissimum, durissimum & crudelitati proximum esset, ut reus ultra poenam mortis, seu corporis adflictivam, damna quoque & interesse refarcire teneretur. Nos contra: iniquissimum, durissimum & crudelitati proximum esset, si reus ultra poenam mortis, seu corporis adflictivam, damna & interesse adhuc refarcire non teneatur. Justitia enim & aequitas postulant, ut suum cuique tribuatur; iniquum ergo, durum & crudelitati proximum erit, si illud non tribuitur. Addo: si illud non est iniquum, ut res furtiva adhuc existens domino restituatur, prout ipse Carpzovius hoc concedit; quare pro iniquo habendum esset, ut rei non amplius existentis aestimatio praestetur, quoniam aestimatio in locum rei succedit.

§. VII

Pergit Carpzovius: *nec ullibi in universo jure cautum reperitur, (paucissimis casibus exceptis, de quibus in art. 218. Ordin. Crim. Carol.) ut Reus poenam mortis luat, & simul damna praestet, ac bona sua amittat;* Licet hoc etiam concederem, responderem tamen, nec ullibi etiam in jure cautum reperiri, quod Reus, si poenam mortis sustinet, damna simul praestare ac bona sua amittere non debeat. Ergo manendum esset in ratione legis supra §. III. adducta, quod satisfactione publica non tollat satisfactionem privatam. Sufficere posset haec responsio. Addo tamen, omnino in jure cautum reperiri, quod Reus poenam mortis luere & simul damna praestare ac bona sua amittere debeat.

at. Audiamus Callistratum in l. I. ff. de bon. dannat. damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas: aut servilis conditio irrogatur. Quid clarius esse posset? Loquitur enim Callistratus de utroque casu, scilicet de morte naturali & civili. Conf. omnino Huberus in pra-
lect. ff. ad tit. de furt. num. 6. ubi ex eodem fundamento contra Carpzovium disputat. Quomodo autem, inquit, hoc fugit epous id est wv Carpzovii, ut diceret, neminem simul mortis poenam pati & amittere bona? quorū igitur titulus de bonis dannatorum?

Et hoc in libro primo de sacerdotibus syriacis capitulo 10. opus. 1. libro 10. ff. 10. §. IIX.

Tertium fundamentum Carpzovii desumptum est ex Nov. 22. c. 20. *Mors omnia solvit.* Imperator in d. Nov. de dissolutione matrimonii loquitur, quod illa per mortem fiat. De eo nullum est dubium, sed argumentum ad præsentem materiam non quadrat. Quod si nihilominus regulam illam ad materiam delictorum transferre velis: ea primo universaliter vera non est, nam & in cadavera defunctorum interdum animadvertisit, ut in crimen perduellionis & autocheirias. Deinde, quamvis universaliter procederet; hoc tamen ad poenam publicam solum restringendum esset, quod nempe post mortem poena non infligatur. Quis vero ita argumentaretur: si poena publica cadaveri non potest infligi, ergo sequitur, ut etiam heredes ad restitutionem danni non obstringantur? Negarem consequentiam. Sane, si adlata regula ita generaliter intelligenda esset, non video, qua ratione heredes etiam ad rem furtivam adhuc existentem restituendam compelli queant, quod tamen à Carpzovio conceditur, v. supra §. V. Si enim dominus rem furtivam repe- teret,

teret, heredes delinquentis ipsi occinere possent: Mors omnia solvit.

§. IX.

Quartum argumentum: Heredes rei condemnati satis videntur puniri per id, quod reus ad mortem fuit condemnatus. Respondeo, heredes per id, quod reus ad mortem fuit condemnatus, plane non puniuntur, sed delinquens poenam sustinuit, poenæ enim suos tenent Autores, quales non sunt heredes. Neque etiam heredes eo ipso, dum rei furtivæ æstimationem persolvere tenentur, poenâ adficiuntur, rei enim restitutio non est poena. Ergo heredes nec hoc, nec priori casu poenam sustinent & propterea argumentum à poena desumitum hoc non quadrat.

Quod itaque ius communè attinet, rationes à Carpzovio adductæ nihil plane probant. Textus juris Saxonicæ, v. g. im Land R. l. l. art. 6. der Erbe soll zu rechte die Schuld geben/ so ferne das Erbe währet/Dieberen/Spiel-Geld/Raub/ ist er zu gelten nicht schuldig/ noch keine dergleichen Schuld / deim solche / deren Er Wiederrstattung empfangen/ & l. 13. art. 31. stirbt aber der auf den die Klage gehet/ seine Erben antworten dafür nicht/ Sie haben denn das Guth unter ihn/ darumb iener beklagt war/ &c. Finkelth. d. Obs. 59. num. 21. non de conditione furtiva, sed actione furti poenali intelligendos esse autumat; Carpzoviis è contrario eosdem textus de ipsa conditione explicat, prout in loc. antea §. IV. allegat. videri potest.

§. XL

Equidem de glossa, quam vulgo etiam adducunt: Mit dem Tode wetter man dem Richter und büsst dem Kläger/ res certa est, quod vocabulum büsse non indigit rei

rei restitutionem, sed poenam privatam, atque adeo ex illa glossa nihil probari queat; verum, quod duos illos textus in §. preced. adductos attinet, fatemur, responsionem Finckelthusii in omnibus nobis non satisfacere, sed interpretationem videri dubiam. Interim non opus est, ut de sensu illorum textuum per interpretationem doctrinalem eruendo solliciti sumus, quoniam in Saxonia Electorali interpretatione authentica iam adest in *Decis. noviss.* 86. quæ Carpzovii interpretationem doctrinalem adprobavit. Unde si in Saxonia Electorali *fur suspensus vel fustigatus atque in perpetuum relegatus, vel loco poena ordinariæ carcer ei dictatus & fur in eo mortuus fuerit,* heredes ad restitutionem æstimationis rei furtivæ non tenentur. Si vero *fur mitiori pena adficitur, vel in carcere, in quo custodie causa detinebatur, ante executionem poena capitalis ipsi dictate moritur:* heredes etiam ad æstimationem rei furtivæ jamdum consumtæ obstringuntur.

Adponamus verba ipsius Decis. noviss. 86. quæ ita sonant: Wie wölln hierinnen bey den Rechts-Gelehrten alßerhand widrige Meynungen/ die zum Theil auf subtilitates juris hinaus lauffen/ zu besinden seyn; So ist doch der Willigkeit und unserer 12. Constit. part. 4. gemäß und in unseren Landen vorlängst also gesprochen/ wenn ein Dieb gehangen/ oder mit Staupschlägen des Landes ewig verwiesen/ oder an statt der ordentlichen Straff ihm das Gefängnis zuerkannt/ und darinnen versterben wird/ auch die entwendeten Sachen nicht mehr verhanden/ sondern verthan/ oder veräussert seyn/ daß die Erben den Werth derselben zisterstatten/ solchesfalls nicht angehalten werden sollen; dabei wir es auch allerdings bewenden lassen.

Wofern aber der Delinquent nur der Verwahrung halber in Hass und Gefängnis behalten/ um ihme das Urtheil/ oder die zuerkante Straffe des Stranges angekündigt wird/ er aber/ ehe die execution erfolget/ des natürlichen Todes stirbet/ auf diesen Fall/ zwischen welchem und den vorigen ein großer Unterscheid ist/ seynd die Erben den Werth der veruntrauten und gestohlenen Sachen dem Eigenthums-Herrn/ welcher das Seinige nicht gar missen kan/ aus des Diebs Verlassenschaft zu erstatten schuldig/ darnach sich die Unserigen zu achten.

§. XIII.

Ita ergo hodie in Electoratu Saxoniæ post Decisionem illam observatur; utrum vero in Saxonia Ducali item obtineat, de eo nondum constat. Sane Virgil. Pingitzerus quest. *Saxon.* 49. n. 39. seqq. nec non Richterus *Decis.* 96. num. 114. Professores quondam Jenenses, contra Carpzovium defendant, domino rei furtivæ, vel subreptæ, civilem etiam actionem ad restitutionem rerum ablatarum, vel earum æstimationem adversus heredes delinquentis competere, quamvis fur & raptor mortuus, vel ultimo suppicio affectus sit. Struvius, itidem Professor Jenensis, suspensi heredes quidem non teneri ad æstimationem rei furtivæ adserit; verum ille in *S. I. C. Ex.* 48. th. 22. in f. ad *Decis. Eletz.* 86. in §. præc. adductam provocat, quæ tamen in Saxonia Ducali vim legis non habet. Optimum ergo est, ut dicamus, in Saxonia Ducali heredes furis sive fustigati, sive suspensi, ad pretium rei furtivæ consumtae obligari, in qua sententia nos confirmat Schilterus, itidem JCtus quondam Jenensis, qui in *Prax. iur. Rom. Exerc.* 124. §. 49. haec verba habet: *sed & tunc locum habebit haec actio, (condictio furtiva,) si forte fur morte*

*morte naturali, aut ex alia causa, vel NB. delicto mortuus fuc-
rit, gloss. Land R. l. 2. art. 17.*

§. XIV.

Extra Saxoniam eadem praxis obtinet, quod furis etiam suspensi heredes ad restitutionem estimationis rei furtivæ indistincte obligati sint. Utamur pro confirmanda hac nostra adsertione verbis B. Strykii *U. Mo-
deri. ff. de condic. furt. §. VI.* Quod vero, inquit, attinet praxin Germaniæ extra Saxoniam, non puto illam a jure Romano discrepare. Quamvis enim Romani pœnam suspendii ignoraverint, nullum tamen ibi vestigium supereft, quod criminè quodam capite vindicato pœna criminalis, sive mortis, heredes ab actione civili ad reparandum damnum illatum liberet, quia judicium criminale salvo civili peragitur & vice versa, v. tit. *Cod.
quand. civil. act. crim. prejud. & ibi DD.* Quod vero ratiōnē in foris nostris hactenus fuerit condicō furtivā contra heredes furis, expedita ratio est, ob inanem contra illos actionem. Paulo post addit: Hic ergo, si fur suspensus bona reliquerit, condicō furtivæ omnino contra heredes locus erit in illis foris, ubi jus civile receptum. Et ita etiam hoc anno MDCCVII. Lubeca furis suspensi heredes ad restitutionem condemnatos esse perceperimus.

§. XV.

Hæc de restitutione, quæ fit à fure ipso eiusque heredibus. Quamvis vero fur rem furtivam in tertium jam transtulerit; ea tamen & ab hoc tertio possessore vero Domino vindicanti restituenda est, quoniam fur dominium, quod ipse non habuit, in hunc possessorem trans-ferre non potuit, sed illud penes pristinum dominum

remanſit. Pertinet huic textus in §. 19. *J. de oblig. qua ex delict. nasc. sed rei vindicatio quidem aduersus poffefforem eft: five fur ipfe poffidet, five aliis quilibet.* Singulare quid in hac materia in jure Lubecensi l. 4. tit. 1. art. 3. occurrat, quod nempe ille, qui furtum equi paſſus, equum furtivum à quarto poffeffore vindicare nequeat, si quartus poffeffor eum bona fide emerit & probare queat, equum jam tum per manus trium poffefforum, qui habiles ad evictionem präſtandam fuerunt, ad ſe pervenifſe. Integer Articulus III. ita ſonat: *Wird ein Pferd vor gestohlen angezogen / kan derjenige / bey dem es betroffen / bezeugen / daß es ihme aufrichtig über die dritte Hand zu kommen / daß also drey Personen / und eine jedliche der ſelben einander haben gewähren können / so bleibt der Beſitzer billichen bey ſinem Pferde / würde er aber das nicht thun können / ſondern derjenige / welcher es anspricht / könnte beweisen / daß er gemeldetes Pferd auf ſeinem Stall für das ſeine gehalten / gefürtert / und daß es ihm un- wiffend aus ſeiner Gewehr kommen / und bis auf diese Zeit nicht wiederum ansichtig werden können / so muß ihm das Pferd wiederum gefolget werden.* Singulare hoc ſtatutum ad ſolos eqvos reſtringendum neque ad alia animalia, vel bona extendendum eſſe, recte ſtatuit Me- vius in Comm. ad d. l. 4. tit. 1. art. 3. num. 3. ubi in ſequenti- bus reliqua etiam ad intellectum ſtatuti pertinentia ex- cūſſit. Confer quoque B. Stryk. *Uſ. Mod. ff. tit. de condit. furt. §. 10.*

§. XVI.

Jure itaque communi & abſtrahendo ab ejusmodi legibus ſtatutariis quilibet poffeffor ad reſtitutionem rei furtivæ obſtringitur, nec preium pro ea re ſolutum à do-

domino reposcere potest, sive bona, sive mala fide possederit. Nemo enim rem propriam emere tenetur, sed possessori regressus aduersus venditorem datur. *In civilem*, inquiunt Impp. Severus & Antoninus in *I. 2. C. de furt. rem desideratis, ut agitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium fuerit solutum à dominis.* Curate igitur causas negotiari, ne non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis.

§. XVII.

Sed quid, si quis antea quidem rem furtivam possederit, nunc vero eandem iamdum alienaverit & sic possidere desierit? Distinguendum primo, utrum bona, an mala fidei possidere desierit. De malæ fidei possessore & qui m. f. possidere desierit, nullum dubium est, quin adhuc ad aestimationem rei furtivæ teneatur, prout de hoc casu in specie loquitur Paulus in *I. 27. §. 3. ff. de rei vind.* arguento ab hereditatis petitione deducto, quippe in qua & ille tenetur, qui dolo fecit, quo minus possideat, *I. 13. §. 14. ff. de hered. petit.* Est vero penale hoc judicium, & propterea deinde nihilominus aduersus verum possessorem adhuc actio realis institui potest, *d. I. 13. §. 14.* Prout vero m. f. possessor, si rem iterum alienavit, actione reali utili tenetur: ita idem obtinet, si rem furtivam consumxit, Clarus *b. s. sentent. §. furtum. num. 26. sub fin.* Berlich *p. s. concl. 45. n. 20.* qui hoc bene notandum esse dicit aduersus eos, qui boves, vaccas, oves, porcos & similia pecora (furtiva scienter) emunt & maectant. Quod si rei furtivæ consumptæ valor & quantitas sciri & probari non possit, domino contra furem, vel alium emtorem juramentum in literam defertur, Berlich. *d. Concl. 45. num. 21.*

§. XXIX.

§. XIIIX.

Quod b. f. possessorem attinet, ille eo casu, si rem furtivam iterum vendidit nec plus consecutus est, quam ab initio persolverat, ab omni actione securus est de jure communi. Sed quæritur: si plus consecutus sit, quam ab initio persolverat, v. g. emerat equum furtivum 50. sed mox 100. thal. ipsum vendidit, annon hoc casu ad restitu-
tionem 50. thal. quos lucratus est, conveniri queat? Se-
cundum jus strictum quæstio admodum dubia esse vide-
tur, quia b. f. possessor in judiciis singularibus nec fructus
restituit, etiamsi ex eorum consumtione locupletior fa-
ctus, l. 4. §. 2. ff. fin. regund. DD. tamen ex æquitate qua-
dam eandem communiter adfirmant, adducentes præci-
pue l. 14. ff. de Condit. indeb. ubi Pomponius hoc natura
æquum esse dicit, neminem cum alterius detimento lo-
cupletiorem fieri debere & hinc moribus quoque posse-
forem in judiciis singularibus ad restitutionem fructuum
utiliter consumtorum teneri ex eodem fundamento ad-
struunt, B. Hopp. in Comm. ad §. 35. J. de R. d. in us. hod. Re-
stringunt interim adsertiōnē ad eum casum, si nempe
dominus a præsente possessore rem furtivam recuperare
nequeat, v. g. si Officialis bellicus eam b. f. emisset & se-
cum in Italiā, vel alium locum longe distitum abduxis-
set. Deinde etiam cum Pufendorffio de I. N. & G. l. 4. c.
13. §. 12. supponendum est, quod ille b. f. possessor tunc de-
mum conveniri possit, si pecuniam ultra id, quod ipse de-
derat, acceptam in utilitatem suam impenderit, unde ces-
sat iterum actio, si forte prodegerit pretium intuitu abun-
dantiæ suæ, alias non proacturus, tunc enim non est fa-
ctus locupletior cum alterius detimento. Idem ergo
hic obtinet, prout in fructibus consumtis, quos b. f. posse-
for

for non restituit, si eos dilapidavit, perdidit, donavit, neque id illi vitio vertitur, quia re sua se abuti putavit, *l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. conf. Berlich. d. p. 5. concl. 45. n. 22. Carpzov. pr. crim. qu. 87. n. 71. late Struv. S. I. C. Exerc. 11. th. 13.* In Saxonia Electorali controversia in hoc §. proposita decisa est in *Decis. noviss. 87.*

§. XIX.

In Ducatu Magdeburgico singularis lex adest, quod scilicet etiam b. f. possessor non solum illud, quod ultra pretium antea solutum accepit, sed ipsum quoque verum rei pretium domino persolvere teneatur, quamvis rem furtivam b. f. iterum alienaverit. Verba *Ordin. Polit. Magdeb. c. 22. §. 7.* hæc sunt: Wann jemand einige gestohlene Sachen kauft/und anderen hinwieder überlässt/oder verthut es/also daß der Eigenthums-Herr zu dem Seinen nicht wieder gelangen kan/so soll er den rechten Werth nach dem Kauf-precio, und was Er über dasselbe von denen gestohlenen Sachen genossen/wann der Eigenthums-Herr zuvor sein Eigenthum erwiesen/oder solches endlich erhalten/zu erstatten pflichtig seyn/ob er gleich nicht gewußt/dß es gestohlen Guth gewesen/im Fall aber der Eigenthums-Herr sich der endlichen Bekräfftigung weigert/foll der Käufer auch nichts erszen. Adprobata hic itaque est opinio Virgilii Pingitzeri *quest. Saxon. 49. num. 33. Berlichii p. 5. Concl. 45. n. 22. & Joh. de Dicastillo de J. & J. l. 2. tr. 2. aisp. 15. dub. 8. n. 153. seqq. apud Struvium S. I. C. Ex. 11. th. 13.* quamvis hæc sententia alias à DD. plerisque improbata fuerit & Berlichius *loc. cit.* adducat, Pingitzerum *quest. 19. n. 37. seq. & n. 39. seqq. usque ad fin. sibi ipsi contrarium esse.*

C

§. XX.

§. XX.

Ex haec tenus dictis adparet, quomodo restitutio rei furtivæ, extantis, vel consumptæ, aut alienatæ, tam à fure ejusque heredibus, quam à tertio possessore expeti queat. Sequitur nunc quæstio : *cumnam res furtivac edat, si dominus plane non adpareat?* Supponimus hic, quod quis publice indicaverit, rem aliquam furtivam furi extortam esse, neminem vero comparuisse, qui eam rem tanquam suam repeteret, publica enim denunciatio omnino fieri debet, v. Carpzov. P. 2. C. 3. Decis. 15. quod si dominus intra spatium sex hebdomadarum comparet atque dominium rerum penes furem inventarum ad se pertinere demonstrat : jure Saxonico duæ partes restituuntur domino, tertia vero manet illi, qui rem furtivam furibus, aut raptoribus extortis. Quod si vero Dominus intra sex hebdomadas non comparet, omnis repetitio rei furtivæ isti denegatur, & duæ partes cedunt judici, tertia vero iterum illi, qui res furtivas furibus eripuit. Et de hoc casu loquitur textus juris Saxonici Land-R. lib. 2. art. 37. cum quadam tamen distinctione, quæ ex verbis ipsius textus omnium optime perspici potest : Und was so ein Mann findet/ oder Dieben/ oder Feinden/ oder Räubern abjaget/ daß soll er aufsbieten vor seinen Nach-Bauren/ und vor der Kirchen. Kommt jener in sechs Wochen/ dem das Gut zugehört/ er soll sich darzu ziehen selb dritte/ und soll gelten die Kost/ die jener damit gehabt hat/ (obs Pferd/ oder Viehe ist.) Ist aber jener aus einem andern Gericht (des das Gut ist)/ so behelt der des den dritten Theil/ der es den Dieben/ oder Räubern abgejaget hat; Kommt aber niemand in sechs Wochen/ der sich dazu ziehe/ so nimmt der Richter zwey Theil/ und jener behelt den dritten Theil. Ju-
re

re communi ejusmodi terminus non est in usu, & hinc post eum quoque elapsum domino dominium suum probanti talis res est restituenda.

§. XXI.

Verba hujus textus clare innuit, sermonem esse de rebus furtivis, quas *privatus aliquis furibus, vel raptoribus eripuit*; subjungendus nunc est alias textus *Land-R. lib. 2. art. 31.* qui de eo casu loquitur, quando *fur à judice apprehenditur & penes furem res furtive inveniuntur.* Hic annus & dies est expectandus, utrum aliquis rem furtivam jure dominii repeatat; quod si intra illud tempus nemo eandem repetit: res illa judici cedit. *Dieberey oder Raub/ die man unter einem Mann findet/ die soll der Richter behalten Jahr und Tag/ ob sich darunter niemand mit Recht dazu zeucht/ so kehre es der Richter in seinen Nutz.* Puto tamen & hic publica denunciatione opus esse, si judex rem penes furem inventam sibi adscribere velit, alias enim Dominus istius rei pro negligente reputari & sic præscriptio anni & diei contra istum currere non posset.

§. XXII.

Quæritur autem: annon illa juris Saxonici veteris dispositio per recentiores Leges imperii universales sublata fuerit? Sane in *Conf. Crim. art. 207.* dicitur: *So gestohlen/ oder geraubt Gut in ein Gericht bracht/ und der Ubelthäter nicht betreten/ oder verhaftt wird/ soll dasselbig der peinliche Richter zu seinen Händen nehmen und gesetzlich verwahren/ und so iemand derselben Haabe besgehrt und so viel anzeigen/ daß ihm die unzweiflich geraubt/ oder gestohlen sey/ so soll ihm die wieder verschafft werden/ ungeachtet/ ob es gleich an etlichen Orten anderst gehalten/*

C 2

daz

daz nicht eine Gewohnheit / sondern ein Misbrauch ist.
 Porro art. 218. Nachdem an etlichen Orten gebraucht
 und gehalten wird / so ein Ubelthäter gestohler / oder ge-
 raubter Haab betreten und gefänglich einkommt / daz als
 dann solch gestohlen / oder geraubt Gut demjenigen / so es
 also gestohlen / oder geraubt worden / nicht wiederum zuge-
 stellt / sondern der Oberkeit des Orts eingezogen. -- Und
 die und dergleichen Gewohnheit wollen wir / daz eine iede
 Oberkeit abschaffen / und daran seyn soll / daz sie hinsürter
 nicht geiubt / gebraucht / oder gehalten werden / als wir
 dann aus Kayserlicher Macht dieselben hiemit aufheben /
 vernichtigen und abthun / und hinsürter nicht eingeführt
 werden sollen. Jam vero Constitutio Carolina sine du-
 bio Imperii lex universalis est, & cum Saxones contra
 eam non fuerint protestati, exinde sequi videtur, quod
 textus in §. prec. adductus hodie in Saxonia non amplius
 effectum habere possit.

§. XXIII.

Sed diuersimode responderi potest. Primo Consti-
 tutio criminalis non derogat omnibus legibus provincia-
 libus atque consuetudinibus in universum. Nam in fi-
 ne prooemii dictæ Constitutionis expresse habetur: Doch
 wollen wir durch diese gnädige Erinnerung (quod nem-
 pe omnes Status Constitutionem illam observare debe-
 ant) Churfürsten / Fürsten und Ständen / an ihren alten
 wolhergebrachten rechtmäßigen und billigen Gebräuchen
 nichts benommen haben / ubi conferendus illastris Tho-
 masius in Disp. de occas. concept. ac intent. Constit. crim. Carol.
 §. 33. & 34. Saxones vero Constitutioni Carolinæ se nun-
 quam in omnibus conformarunt, unde in plerisque fere
 delictis alia pena in Saxonia obtinet, alia vero extra eam.

Etiam

Etiam in præsenti materia à veteribus moribus non re-
cesserunt, de quo inter alia ex Constitutionibus Electoris
Saxonie Augusti Part. 4. Conf. 33. constat, verb. Es soll
aber disfalls der Diebstahl von den Gerichten/ ob sich fol-
gends jemand dazu finden möchte/ eingezogen und Inn-
halts Sachsischer Rechte verwahret werden. His ita
præmissis clare adparet, non opus fuisse, ut Saxones hac
parte protestationem contra Constitutionem criminä-
lem interponerent.

§. XXIV.

Porro, quamvis etiam adlata clausula in fine proœ-
mii Constitutionis criminalis non inveniretur; Saxonie-
bus tamen absque speciali quoque protestatione interpo-
sa mores suos pristinos retinere licuisset, nec injusta
fuisse eorum confirmatio, quæ in Constitutione D. Au-
gusti modo adducta reperitur. Quamvis enim objicere
velis: leges publicas obligare per modum pacti; respon-
deo tamen cum illustri Thomasio in *Disp. de Stat. Imper.*
poteſt. legislat. contr. jus comm. §. 47. hoc saltem pertinere
ad ea, quæ statum imperii publicum, vel personas ipso-
rum Statuum, non vero ad illa, quæ administrationem
territoriorum, administrationem justitiae & potestatem le-
gislatoriam in quolibet territorio concernunt. Et
quamvis etiam de hisce nonnulla in Recessibus Imperii
interdum deprehendantur; ea tamen salva superiorita-
te territoriali & exinde fluente potestate legislatoria in
quolibet territorio intelligi debent. Accedit, quod eo
casu, quando aliquis ex Statibus leges provinciales à Re-
cessibus Imperii diversas condit; nec Imperatori, nec
Con-Statibus jus contradicendi competit, quia eorum
non interest, exceptio autem, tua non interest, omnem-

agentem repellit, quæ fusius persequitur illustr. Thomas.
loc. cit.

§. XXV.

Tandem & hoc addo, constitutionem criminalem eos saltē mores improbare, quando res furtiva, *quamprimum apud furem deprehenditur, mox fisco addicitur*, qualem consuetudinem in Turgovia aliisque Helvetiæ partibus vigere tradit Mylerus ab Ehrenbach *de Princ. & Stat. Imper. part. 2. c. 39. §. 6. b.* Jure Saxonico autem judex res furtivas per integrum annum & diem adservare tenet, antequam eas sibi adscribat. Quod si ergo rēs furtiva publice indicata, (v. §. XXI. *in fin.*) dominus vero intra illum annum & diem eandem non repetit; sive negligentiae damnum exinde proveniens adscribere debet, atque istud pro damno ne quidem reputatur. Ceterum jus Saxonum ex jure Svevico c. 211. explicandum & supplendum esse censeo. Et quemadmodum jus Suevicum confiscationem cum hac limitatione admittit, es sepe dann/ dasj jene (dominos rerum furtivarum) chehafste noth lezze: ita quoque in Saxonia dominum etiam post lapsum anni & diei audiendum esse existimo, si dominus v. g. per absentiā laudabilem, aut alio justo modo impeditus fuerit, quo minus rem sibi ablatam indagare & repetrere voluerit. Si hæc omnia ita supponimus, ne minima quidem iniuritate, vel durius, jus Saxonum laborat, conf. B. Stryk. *Uſ. mod. f. de condic. furt. §. II X.*

§. XXVI.

Sed quid est, quod Carpzovius *P. 4. C. 39. D. 6.* dicit, rem furtivam repeti posse etiam post annum & diem?

Re-

Respondeo, hanc adsertionem non pertinere ad causum, de quo haec tenus locuti sumus, sed hoc velle Carpzovium, quod *privatus qui rem furtivam etiam b. f. & iusto titulo emit*, post lapsum anni & diei non possit opponere, quasi eam rem usuciperit & sic ad restituendam illam non sit obligatus. Scilicet, quod leges Saxonicae judici indulgent, illud pro jure speciali haberi debet, hinc ad alios extendi nequit, sed eorum intuitu manemus in regula vulgata: res furtivas usucapi non posse.

§. XXVII.

Restat adhuc quæstio: annon judex sive in Saxonia, sive extra eam, res furtivas *propter expensas in inquisitionem factas* retinere possit, licet Dominus adpareat, fur autem eas impensas restituere nequeat? Negatur quæstio, si judex ex officio per modum inquisitionis processit, quoniam adfictio non est addenda adfictio, quod tamen fieret, si dominus rerum furtivarum expensas in inquisitionem factas adhuc restituere obstringeretur. Deinde emolumenta jurisdictionis, v. g. mulier solus capit judex, neque pars læsa, neque alii subditi de illis participant; & sic quoque æquum est, ut incommoda jurisdictionis soli judici relinquantur, conf. Richter. *Dec. 96. num. 176.*

§. XXVIII.

Alia est ratio *impensarum in ipsas res furtivas factarum*, v. g. si judex equo furtivo, antequam dominus illum repetit, pabulum præbuit. Quemadmodum enim quilibet privatus possessio in b. f. constitutus impensas ne-

necessarias & utiles repetere potest: ita multo magis judici hoc licebit, quoniam ejusmodi impensæ in meram privatam utilitatem domini rei furtivæ tendunt. Confer. *Const. crimin. art. 207. verb.* So gebühret dem Massen dem Kläger / der die Haab endlich nimmt / abermals ziemliche Atzung / wo die / als vorstehet / darauf gangen wäre / item art. 213. Und so sich also mit angezeigter veinlicher Handlung gestohlene und geraubte fahrende Güther in einem Gerichts-Zwang erfünden / die sollen dem / der sie also verloren hätte / und wie vorstehet / bewehrt / daß ihm solche gestohlene / oder geraubte Haab zuständig / abermals ohne Beschwerung / dann allein ob solches eßend Vieh / und ziemliche nothdürftige Atzung darauf gangen wäre / dieselbig Atzung doch ohn Überfluß zu bezahlen / wieder verschafft werden.

§. XXIX.

Quod fructus rei furtivæ restitutæ attinet, cum de iis jamdum actum fuerit à Dn. Præside in *Dissert. de vi-
tio regali & personali §. XIII. seqq.* hinc ibi dicta repetere
nolo, sed lectorem eo remitto. Interim res facile di-
judicari potest ex principiis illis, quæ in Pandectis sub-
tit de hered. petit. & rei vindicatione tradi solent.

CAPVT II.

CAPVT II.

DE

EFFECTV RESTITVTIONIS REI
FVRTIVAE.

CONTENTA HVJVS CAPITIS.

COnnexio cum capite precedente. *Quæstio genera-*
lis: utrum restitutio rei furtive pœnam publicam
minuat? §. I. Textus ex constitutione criminali
huc pertinens; §. II. Textus ex constitutionibus
Saxoniciis, §. III. Pœna mitigatur, quamvis res ipsa fur-
tiva non restituatur, modo tamen illius pretium persolvatur,
§. IV. vel, si alius pro fure solvat, §. V. vel si Dominus
actionem sibi eo nomine competentem sponte remittat atque
delictum furi condonet, §. VI. Jure communi mitigationi
etiam locus est, licet fur restitutionem rei, vel estimationis
illius, tunc denum offerat, ubi iam in carcerem detrusus, vel
inquisitio contra ipsum instituta fuit. Dissentit Carpzovius,
cujus prima ratio refellitur, §. VII. Secunda ratio Carpzovii
& ad eandem responsio, §. IX. tertie rationis refutatio,
§. IX. Jure Saxonico aliud dicendum, quod ostenditur §. X.
Pœna furti tunc quoque mitigatur, licet dominus non omnes
res, sed tamen maiorem earundem partem recuperaverit,
§. XI. quid si privatus, vel judex furi rem eripuerit & illa
hoc modo in veri domini potestatem reversa fuerit? §. XII.
Subjiciuntur casus, ubi restitutio rei furtive mitigationem
pœnae non operatur. Primus, si fur rem furtivam alicui
vendidit, Dominus vero illam vindicat & fur emtori pretrum
restituere nequit, §. XIII. Secundus casus quando fur

D

tum

tum iteratum adest. *Sententia Facultatis Juridicæ Hallensis cum rationibus decidendi, §. XIV.* Alia sententia materiam hanc illustrans cum subjunctis decidendi rationibus, §. XV. *Tertiis casis, quando furtum qualificatum commissum, §. XVI. De casu, si furi res furtiva iterum ab alio fure ablata, & aliis remissive. Conclusio Dissertationis, §. XVII.*

CONTINENTIA LIBV'S CAPITVS

§. I.

Potquam haec tenus de ipsa rei furtivæ restituzione egimus: proximum nunc est, ut dispiciamus, qualis effectus ex ejusmodi restitutione profluat, & quidem intuitu poenæ publicæ. Unde quæstio generaliter ita formanda: annon restitutio rei furtivæ pœnam furis restituentis aliquo modo mitiget?

§. II.

Ex constitutione criminali Carolina pertinet hoc art. 160. ubi imperator ita disponit: Und in solchen Fällen muss man ansehen den Werth des Diebstahls/ auch/ ob der Dieb darob berüchtiget/ oder betreten sey. Mehr soll ermessnen werden der Stand und das Wesen der Person so gestohlen hat/ und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl seyn mag/ und die Straff daran nach an Leib / oder Leben urtheilen. Exinde inferunt DD. quod post factam restitucionem rei furtivæ dominus illius damnum aliquod grave ex delicto furti non sentiat, & quod per consequens pœna mitigari debeat, v. B. Stryk. *Uj. modern. ff. tit. de furt. §. 16. Hahn. ad We-*
sen-

senbec. tit. de furt. num. 15. verb. non etiam in furtis pluribus modicis.

§. III.

Elector Saxoniæ Augustus in Constitutionibus suis part. 4. Constat. 32. hac de re ita statuit: Und nachdem den Rechten gemäß ist/ daß derer Diebe halben/ so ihres begangenen Laster's zeitliche reue tragen/ und dasjenige/ so sie gestohlen/ ehe sie zum Gefängnis gezogen/ oder beklagt werden/ wiedergeben / oder derowegen sonst Ersättung thun/ die ordentliche Straff etwas gelindert / so lassen wir auch geschehen/ daß es in unseren Landen also erkannt werden möge/ jedoch daß dieselbige Verbrecher gleichwohl mit Gefängnis/ zeitlicher Verbüßung/ oder nach Gelegenheit der Umstände mit Stampenschlägen belegt und gestrafft werden.

§. IV.

Primo itaque, si res furtiva ipsa restituitur: nullum dubium est, quin juxta textus adductos pena furi mitigari debeat. Quid vero, si ipsa res restitui nequeat, forte quod à fure jamdum alienata, vel consumpta sit, fur interim ejusdem estimationem domino præstare velit? Respondeo, eandem rationem pro fure militare & sic quoque eandem juris dispositionem obtinere debere. Quod vero eadem ratio adlit, exinde constat, quod post restitutionem pretii rei furtivæ furtum domino non amplius damnosum sit, ad quod tamen juxta Constitutionem Carolinam respici debet. Pertinet huc Responsum ab Hahnio ad Wesenbec. tit. de furt. n. 15. verb. non etiam in furtis pluribus modicis, adductum, verb. daß gemelder Gefangener wegen des von ihm bekannten und befundenen Diebstahls dreyer Pferde/ nachdem dieselbe

theils restituiret und bezahlet/ mit Staupenschlägen
der Gerichte daselbst zu verweisen.

§. V.

Adfinis est quæstio de eo casu, si ipse fur tantum in bonis non habeat, unde pretium rei furtivæ persolvere queat, tertius quispiam tamen misericordiæ forsan ductus, aut ex alia causa pro ipso solutionem offerat? Quæstionem hanc jamdum resolvit. B. Stryk. *U. modern. ff. tit. de furt. §. 16.* Si, inquit, aliis pro alio solvere potest, ita, ut etiam hic (pro quo solvit) invitus liberetur, *pr. J. quib. mod. toll. oblig.* nulla ratio est, quare idem in criminalibus non debeat obtinere, sufficit enim illum, qui furtum passus, ita reddi indemnem. Insuper, addit, jura favent liberationi delinquentium, *l. absentem. s. ff. de pan.* unde etiam pro condemnato invito tertius appellare potest, *l. 6. ff. de appellat.* Nec video fundatum aliquod, ex quo dominus rei furtivæ pretium à tertio oblatum recusare possit; ipsius enim nihil interest, sive ab hoc, sive ab alio suum iterum consequatur.

§. VI.

Mitigatio prænæ eodem modo obtinet, quando fur quidem nec rem furtivam ipsam restituere, nec etiam æstimationem illius persolvere potest, nec porro tertius aliquis deprehenditur, qui pro fure solvere velit; *dominus tamen actionem sibi eo nomine competentem sponte remittit atque delictum furi condonat.* Scilicet, qui voluntate sua damnum sentit, illud sentire non intelligitur, quoniam volenti & juri suo sponte renuncianti nec injuria, nec damnum infertur. Adeo itaque quasi acceptatio quædam, de qua ipse Imperator in §. 1. *J. quib. mod. oblig. tollit.* dicit, quod sit imaginaria solutio.

§. VII.

§. VII.

Transeo ad alia. Quæritur: an poena mitiganda sit, si fur tunc demum restitutionem damni illati offerat, ubi jam in carcerem conjectus & inquisitio contra ipsum instituta est? Ex mente Caroli V. in constitutione criminali mitigationi adhuc locus datur, quia furtum nec hoc casu domino damnosum est. Non movent me, quæ Carpzovius prax. crim. qu. 80. n. 92. seqq. in contrarium adducit. Certe, inquit, si hoc modo fur pœnam mortis effugere posset, nunquam fore puto, ut quispiam, nisi pauperrimus esset, ob furtum suspenderetur. Quis enim, queso, non paupertatem mallet, quam mortem, nec omnia, quo vitam redimat, perdere? Concedo hæc omnia, sed quid inde? Certum est, eum, qui pretium rei furtivæ persolvere potest, mitigationem pœnæ obtinere, pauperem vero, qui solvere nequit, pœnam mortis sustinere; verum exinde non sequitur, quod oblatio restitutionis damni à fure jamdum in carcerem conjecto facta non sit attendenda. Neque absurdum est: ergo dives fur à pœna liberatur, non vero pauper. Nam si oblatio restitutionis mox ante incarcerationem fit, id est, dives liberatur, non pauper, & tamen hoc ipse Carpzovius pro iniquo non reputat.

§. IX.

Pergit ille: Nuspian in jure hoc dispositum est, erubescimus ergo sine lege loqui, nec temere quidquam absq; juris autoritate ad reverandum est; Atqui in constitutione criminali d. art. 160. expresse dicitur, eo respiciendum esse, wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl seym mag. Cum itaque furtum domino non sit damnosum, quamvis restitutio tunc demum fiat, ubi fur jamdum in carcerem

D 3

conje-

conjectus erat; hinc nos cum lege loquimur, nec erubescendum nobis est, nec temere quidquam absque juris autoritate adseveramus.

§. IX.

Instat: *verba illa constitutionis criminalis civiliter & cum grano salis accipienda esse, si nimur dominus rei ablatae in restitutionem consentiat eamque acceptet. Cum enim ipsius interesse principaliter hic versetur, utique ratio placiti & consensus sui maxime est habenda. At multis modis fieri potest, usq[ue] aestimatione sibi promissa nihilominus rei ablatae carentiam ob peculiarem forsan affectionem ægre ferat.* Respondeo, semper supponendum esse, quod fur justum pretium offerat. *Quod si hoc offertur, non video, quomodo dominus illud recusare queat. Et si ratio Carpzovii genuina esset, necessario sequeretur, quod nec oblatio mox ab initio & ante incarcerationem a fure facta eidem prodeste queat, cum & hic dominus aestimatione licet promissâ nihilominus rei ablatae carentiam ob peculiarem forsan affectionem ægre ferre possit.*

§. X.

Hæc quoad mentem & interpretationem constitutionis Carolinæ. De jure Saxonico interim aliud statuendum est propter expressa verba supra §. III. b. cap. adducta, ehe sie zum Gefängnis gezogen/ oder beflagt werden: jus Saxonicum enim principaliter non respicit ad restitutionem damni, uti Constitutio criminalis, sed potius ad id, an vera & seria pœnitentia commissi delicti in fure deprehendatur. Ejusmodi autem pœnitentia eodem jure tunc solum præsumitur, quando fur antequam accusatur, vel in carcerem conjicitur, domino rem furtivam mox sponte restituit, vel ejus estimationem offert. Nec atten-

di

di possunt, quæ hic Carpzovius n. 95. adducit, dicens: *Quae tamen sic accipi velim, si dominus rei furtive restitutio- nem damni renuat. Consentiente vero eo, ac satisfactionem, sive aestimationem rei ablatae acceptante, quin pœna furti miti- garda sit, tantum abest, ut negem, ut vel ob transactionem ini- tam judicem pœnam mortis furi imponere non posse existimem⁹.* Constitutio enim Saxonica, ut modo dictum, principaliter non respicit ad damni reparationem, nec ad id, an dominus restitucionem oblatam acceptet, annon, sed eo, utrum furem delicti mox pœnituerit & ille damni reparationem mox ab initio ante motam actionem, vel securam incarcerationem obtulerit.

§. XI.

Mitigatur alias etiam pœna, quamvis dominus non omnes & singulas res furtivas, *majorem tamen earum partem recuperaverit*, nam & hoc casu furtum domino non valde damnosum est, v. Carpzov. *prax. crim. d. qu. 80. n. 23. seqq.* idem est, si fur majorem partem pretii domino perfolverit, non vero integrum. Modo tamen jure Saxonico & hæc major pars rerum furtivarum, aut aestimationis a fure offeratur, antequam in carcerem conjectus, vel accusatus fuerit.

§. XII.

Quid, si vel privatus aliquis furi rem furtivam eripuerit & domino restituerit, vel etiam illam iudex penes furem de- prehenderit & hac ratione dominus eandem recuperaverit? jure Carolino mitigationi adhuc locus datur, quoniam fur rem furtivam restituerit, sive illa ab alio quopiam restituta fuerit. Jure Saxonico autem mitigatio cessabit, quoniam fur rem furtivam sponte non restituit, sed illa præter ipsius intentionem ipsi erupta fuit.

§. XIII.

§. XIII.

Hi sunt potiores casus, ubi poena furti post factam restitutionem rei furtivæ mitigatur. Subjiciendi nunc quoque erunt alii casus, ubi illa restitutio mitigationem non operatur. *Primus* est, quando fur rem furtivam tertio alicui vendidit, & dominus quidem eam rem a tertio possessore vindicat, fur interim pretium pro re furtiva vendita acceptum jam consumxit, neque tantum in bonis habet, ut tertio illi hoc pretium restituere queat. Equidem hoc casu dominus rei furtivæ damnum non sentit, quia rem suam recuperavit; at vero tertius, qui b. f. rem illam emerat, damnum incurrit, perinde vero est, sive ipse dominus, sive tertius, ex furto damnum sentiat, constitutio criminalis enim generaliter eo respiciendum esse dicit, wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl seyn mag. Tertius ergo ille hic est lœsus, der beschädigte/ & quidem ex facto furis iniquo. Non solum enim auferendo fur delinquebat, sed & rem furtivam vendendo delictum continuabat, Harprecht ad §. furtum. i. J. de oblig. que ex delict. nasc. n. 22. Carpzov. d. quest. 80. n. 51. seqq.

§. XIV.

Secundus casus est, quando furtum iteratum adest, constitutio criminalis enim in art. 160. de primo solum loquitur. Ad illustrationem horum duorum casuum subjiceret lubet Sententiam Facultatis Juridicæ in alma hac Fridericana una cum rationibus decidendi A. MDCCXI. Mens. Novembr. conceptam. Sententia hujus tenoris est:

Daz Inquisit, Gottfried Benemann/ etwas/ so ihm sonderlich zu ratthen kommen möchte/ nicht ausgeführt/ dannenhero es bey dem am 31ten Octobr. dieses Jahrs eröffneten und fol. act. 60. seqq. bestindlichen Urtheil billig verbleibet/ V. R. W. Ra-

Rationes decidendi.

Ob wol in der fol. 67. seqq. befindlichen defension angeführt wird/ daß Inquisitus alles so fort in Güte gestanden habe/ die vorige grossste furta auch in Meissen und also in alieno territorio committiret worden/ und er folglich in hoc territorio (Magdeburgico) nur als ein fur simplex zu consideriren sey/ wozu komme/ daß der Hallische Diebstahl nur in Kleinigkeiten bestanden/ der Müllerin auch sowol als Johann Härteln/ die gestohlene Sachen wiederum ersezet worden/ wie dann auch die Fr. Gräfin von R. dasjenige/ so Inquisit nicht restituiren können/ ihm laut fol. 41. b. erlassen habe/ endlich auch darauf pro mitiganda pena geschen werden müsse/ daß er nicht zu leben gehabt/ er zum Soldaten Leben gezwungen und von seinem Weibe verlassen worden/ überdem der Diebstahl bey Tage und nicht gewaltsamer Weise geschehen sey;

Dieweil aber dennoch aus den Acten überall erhellet/ Inquisit auch nicht in Abrede seyn kan/ daß er zu vier unterschiedenen mahlten gestohlen habe/ und er deshalb bereits zweymal/ nemlich mit dem Vestungs-Bau und hernach mit dem Staupenschlag und ewiger Lands-Verweisung bestraft worden/ woran er sich aber nicht gekehret/ sondern sein böses ruchloses Leben nichtsdestoweniger fortgesetzt/ so daß er nicht anders/ als ein verleunder Dieb angesehen werden mag/ bey welchen Umständen die spontanea confessio und geschehene restitutio ablatorum als eine causa mitigandi poenam nicht anzusehen/ immassen auch die

Peinl. Haßz-Ger. Ordin. art. 162.

nichts davon meldet/ daß ein Richter bey dem dritten Diebstahl darauf sehen solle/ wie schädlich der Diebstahl dem Beschädigten gewesen sey/ zugeschwiegen/ daß ob gleich in

gegenwärtigem Fall die Müllerin ihren seidenen Schlaſſrock wieder erlanget/ dennoch Baum-Garten/ als Käuſer folches Schlaſſrock's/ die dafür gezahlte ii. Rthl. nicht wieder bekommen hat/ und also doch Baum - Garten Schaden leiden müſt/ in welchem Fall ohnedem keine mitigatio poenæ statt findet/

Carpzov. Prax. crim. qu. 80. n. 51.

hiernächst Inquisit dennoch ein verläumdetter Dieb bleibt/ es mögen die unterschiedene furta in einem/ oder mehreren territoriis, bey Tage/ oder bey Nacht/ mit oder ohne Erbrechen seyn begangen worden/ wie er denn auch/ wenn er sonst Lust zu arbeiten gehabt/ sein Brod schon ohne Diebstahl und in seinem Soldaten Stande/ auch ob gleich seine Frau von ihm weggewesen/ gar wol verdienen kommen/ auch sonst nichts in Actis zu finden ist/ welches Inquisiten einiger massen zu statten kommen möchte; So ist dergestalt zu erkennen gewesen.

S. XV.

Subjugam adhuc aliam similem sententiam ad requisitionem Senatus Magdeburgensis Ao. MDCCXI. Mense Mayo conceptam, qua hujus tenoris: Daz Anna Maria Schnellin und Maria Gertraud Hörnlin in ihren Defensionen etwas/ si ihnen sonderlich zu statten kommen möchte/ nicht ausgeführt/ dannenhero es in ansehen ihrer bey dem am 26ten Jan. dieses Jahres eröffneten und fol. act. 115. befindlichen Urtheil billig verbleibet/ es ist auch der Kaufmann Baltin H. von Annen Marien Schnellin Liedlohn und Kleidern so viel/ als ihm annoch an demjenigen fehlet/ welches die Schnellin ihrem eigenen Geständnis nach ihm entwendet/ ansich zu behalten woll besugt/ das übrige aber auszuliefern verbunden. Jacob Schrödern

dern betreffend/ ist derselbe die aufgewandte Unkosten auf vorgehende Liquidation und Richterliche Mäfigung auf seinen Theil abzustatten schuldig/ und wird er hierüber gestalten Sachen nach auf drey Jahre des Landes billig verwiesen/ V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob wol (1) unter denen von der Schnellin Defensorie angeführten momentis dieses von einiger Erheblichkeit zu seyn scheinet/ daß laut der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung bey determinirung der Straffe darauf vornehmlich gesehen werden solle/ wie schädlich dem bestohlenen der Diebstahl gewesen/ in gegenwärtigem Fall hingen Valtin H. die ihm entwendete Sachen entweder in natura, oder doch den Werth dasfur wiederum empfangen und er also keinen sonderlichen Schaden gelitten hatte: (2) die Hörnin / als Jacob Schröders Eheweib/ die Schuld auf die Schnellin allein schiebet/ mit dem Vorwenden/ daß sie nicht gewusst/ daß die ihr zugebrachte Sachen gestohlen gewesen und ihr folglich keine Straffbahre receptatio bey gemessen werden könne: (3) Valtin H. die von ihm übergebene specification der entwendeten Sachen zu beschweren sich gewegert/ in dem Urthel fol. 115. auch restitutio rerum furtivarum nicht zuerkannt worden: (4) Jacob Schröder in seiner Litiscontestation fol. 153. seqq. die meiste Articul mit nein beantwortet hat und daben verharret/ daß er von der Partiererey sonderlich anfangs keine Wissenschaft gehabt habe;

Dennoch aber und dieweil (1) die dispositio der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung art. 160. daß man darauf sehen solle/ wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl gewesen/ eigentlich nur auf den casum peini furti commissi

abziehslet/ und auf gegenwärtigen Fall/ da das furtum fasst
unzehliche mahle wiederhohlet worden/ nicht appliciret
werden mag/ die Schnellin auch sowol als die Hörnin sich
über den rigorem des vorigen Urtheils gar nicht zu be-
schweren hat/ indem ihnen propter furta toties iterata gar
wohl pena ordinaria zuerkannet werden können/ weil das-
jenige/ was in rationibus decidendi fol. 117. b. aus der
Magdeb. Policien-Ordnung angeführt ist/ quod pena
ordinaria juxta illam ordinationem locum non habeat,
nisi fur bina vice jam punitus fuerit, hernachmals durch
speciale Edicta wiederum aufgehoben worden/ wovon die
JCTi Wittebergenses, als extranei, keine Wissenschaft ge-
habt haben: (2) die Hörnin fol. 28. b. ad art. 11. deutlich
gesthet/ daß zwischen ihr und der Schnellin verabredet
werden/ daß die Schnellin aus H. Hause in der Hörnin
Haus etwas zutragen solle/ wie sie denn auch ferner pas-
sim ad Articulos inquisicionales bekannet/ daß sie die ge-
stohlene Sachen Geld/ Korn und dergleichen/ angenom-
men verkauft/ und davon participiret habe: (3) die vo-
rige Urtheils-Fassere über den punctum restitutionis re-
rum furtivarum laut der Urtheils-Frage fol. 114. in specie
nicht gefraget worden/ und Sie also deshalb nichts erkant
haben/ inzwischen bekannten Rechtens ist/ daß die pena
publica satisfactionem privatam nicht aufhebet/ und ob
zwar H. die von ihm übergebene specification der entwen-
deten Sachen nicht beschweren wollen/ nichts destowen-
iger doch ihm dasjenige erstattet werden muß/ was die In-
quisition Schnellin/ wie auch die Hörnin/ selbst zu gestan-
den hat/ und woferne die Schnellin nicht alles bezahlt
kan/ H. wegen des übrigen der regress an Schrödern und
sein Weib/ als receptatores, frey bleibtet. (4) Jacob
Schrö-

Schröder fol. 154. ad. art. 8. geschehet/ seine Frau habe es ihm kund gerban/ daß die Schnellin in der Fick und in einem Beutel Weizen in sein Haus zugetragen/ ingleichen fol. 62. ex habe die aus H. Hause entwendete eisff Ducaten unter einem falschen daselbst befindlichen prætext an Gottfried Melckern verwechselt/ dahero er sich/ anderer in Aetis vorkommenden/ auch in den vorigen rationes decidendi zum Theil bereits angeführten Umstände zu geschweigen/ mit der Unwissenheit gar nicht behelfen kan/ inzwischen aber doch seinem Weibe/ welche die Parthiereren hauptsächlich angefangen/ freylich mehr Schuld/ als ihm beyzumessen ist/ weshalb sein Weib auch auf ewig des Landes verwiesen worden; So ist dergestalt zu erkennen gewesen.

§. XVI.

Sequitur tertius casus, ubi restitutio rei furtivæ mitigationem pœnæ non operatur, quando seilicet furtum qualificatum, id est, cum violentia effractione commissum adeat. Probatur hoc ex ipso textu Constitutionis Carolinæ art. 160. ubi ab initio Imperator de furto simplici loquitur & hujus intuitu eo respiciendum esse dicit, an furtum domino valde damnosum fuerit, annon. Deinde ad furtum qualificatum prograditur & furem, si tale commiserit, indistincte suspendendum esse dicit, verb. Wo aber der Dieb zu solchem Diebstahl gestiegen/ oder gebrochen/ oder mit Waffen/ als vorstiebet/ gestohlen hätte/ so hätte er damit/ wie obgemeldt/ (art. 159.) das Leben verwirkt. Huic furi violento in art. 162. comparatur ille, qui tertia vice furtum commisit, das ist ein mehrer verläumbider Dieb/ und auch einem Vergewaltiger gleich geacht/ & hinc adhuc clarius constat, in furtis iteratis pœnam propter restitutionem rei furtivæ non mitigari, de quo diximus

E 3

§. XIV.

§. XIV. Consentient in materia furti qualificati DD.
communiter, etiam Saxonici, v. Carpzov. P. 4. C. 32. D. 15.

§. XVII.

Quid si furi res furtiva ab alio iterum fure (juxta
proverbiū : eīn Schēlm fōmmet über den andern /)
eripiatur, ita ut nullum lucrum exinde habeat? Respon-
deo, dominum tamen nihilominus ex ablatione damnum
sentire, atque propterea mitigationi poenæ ex illa causa lo-
cum non esse. Possunt adhuc alii quoque casus speciales
in hac materia occurrere; verum omnes illos & singulos
adducere nimis longum & forte etiam impossibile esset.
Decisio interim ex principiis à nobis positis facili negotio
defumi potest. Subsistit igitur & DĒO pro præfita gra-
tia humillime gratias persolvo. Ipsi sit

Laus, honor & gloria.



Nobi-

NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE
DN. GLIMPER,

S. P. D.

JOH. CHRISTOPH. STRAVSS, D.

Preximum est & magnum de honestis gloriari posse natalibus, multo autem est honorificentius, imo honorificentissime gloriam a majoribus acceptam querere amplificandam. In tantæ itaque felicitatis possessionem cum & Tu Nobilissime Domine Glimper veneris, ut de Parente Optimo, pio, egregieque de Patria, Principibusque plurimis ab annis merito, Tibi gratulari possis, sane nec dignius, quam. Ejus exemplum imitandum Tibi proponere potuisti. Ex votu quoque annuente summo Numine, cui gratias habenda sunt plurimæ, Tua haec tenus laudabilis cesit intentio. Vividum enim Tuum ingenium maximis sufficit conatibus, industrieque contentio omnium expectationem longe superavit. Facit preterea morum Tuorum integritas, cum singulari modestia, perinde ac cum præclara corporis habilitate conjuncta, ut in Te omnium se convertant oculi, ac singuli, quos in Tui familiaritatem admittis, Tibi haud inique gratulentur. Prolixior em in laudibus Tuis esse mihi adhuc complures, quas ab utroque Honoratissimorum Parentum hereditarias habes virtutes, iubarent; sed ne quid auribus Tuis, blandiendo dare videar, et iam a veritate ulterioris dicenda me amicitie nostræ ratio dehortatur. Gratulor itaque Tibi ex animo, prolixoque amoris affectu, quod opponens munere haec tenus egregie defuncto iam Dispu-

NOBILISSIMO COLLEGIO
SCHOOL OF THE SOCIETY OF JESUS

Disputationem in iure proprio marte elaboratam sub Presidio consummatisimi JCti ipse defendendam suscipere, neque vili occasione Tuam iam a natura tributam, industriaque acquisitam gloriam studeas amplificandam. Adsit porro DEUS O. M. capitris Tuis quam clementissime, & faxit, ut Excellentissimus Tuis Parens, cui sacras has in iure editas esse voluisti primicias, breui post adhuc uberiorum de Te letandi, omnesque Tui de altioribus meritis honoribus ac dignitatibus ampliorem applaudendi occasionem nanciscantur. Vale! & me amare perge! Dab. Martisburgi. Id. Calend. April.

CID. ID. C. C. X. I. I.




01 A 6582



f

10/17





DISSESTITVTO
DE
**RESTITUTIO
NE REI FVRTIVÆ,**
QVAM
DEO TER OPT. MAX. ADVENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENBVRGICO, CETERA,
IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
**DN. JACOBO FRIDERICO
LVDOVICI,**
J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.
FAVTORE SVO SVMME DEVENERANDO
Add. April. MDCCXII.
In Auditorio publico H. L. Q. C.
Placido Eruditorum examini submittit
CHRISTIANVS PHILIPPVS Glimper /
Merseburgensis Saxo.

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typograph.

27.